


BOSTON PUBLIC LIBRARY





3 9999 06321 160 9



W. H. Popetti
1866.

HRA-1919




The image is a highly detailed engraving of a title page. At the top, a triangular pediment contains a relief of a classical scene. Below it, a large, ornate scrollwork frame holds the main text. On either side of the scrollwork stand two female figures in classical attire. At the bottom, two winged cherubs (putti) are shown in a dynamic pose, one holding a small oval medallion. The entire composition is framed by intricate floral and scrollwork patterns.

OMNIVM CAESARVM
VERISSIMAE IMAGINES EX
ANTIQVIS NUMISMATIS
DESVPTAE

ADDITA PER BREVI
CVVSQVE VITAE DESCRIPTIONE,
AC DILIGENTI EORVM,
QVAE REPERIRI POTVERVNT
NUMISMATVM, AVERSAE PARTIS
DELINEATIONE.

LIBRI PRIMI.
EDITIO ALTERA.

AENEASVICVS PARM. F.
ANNO M BLII







NGENITA C. Iulij Caesaris natura & virtus, bonarum artium studiis, ac patrie moribus excitata, hostibus primum necessitate quadam innotuit, mox alijs illustriori significatione per sese splendere coepit, ac demum indignatione commota in proximos graues offensiones concitauit. animi nanque alacritati usque adeo corpus obediens erat, ut euentus rerum, actaq; prius, quam consilia, et de







liberationes eius audirentur. Adolescens admodum L. Sylla inimicitias ob affinitatem eius neglectam expertus fuga saluti consuluit, cumq; se ab ijs, qui eum fugientem ceperant, pretio redemisset, statim incidit in piratas, a quibus demum pecunia liberatus, in eosdem conuersus omnes ad unum uictos interfecit, quem admodum per iocum captiuus illis paulo ante comminatus fuerat. Haecenus necessitate commota uirtus. Post Sylla obitum ab amicis in patriam reuocatur, summis honoribus ornatur, Quaestor, Aedilis, Praetor in Hispanias, Pontifex, ac demum Consul creatur maxima eloquentiae, humanitatis, munificentiae, fortitudinis suae, ac etiam fortunae admiratione. vicibus duabus & quinquaginta cum hostibus conflixit. victores deuicit, uictoriae omen non aliunde, quam a uirtute petens, non parcus diuitiarum delictis parcebat, lingua praestans, & manibus. Gallias Romano imperio simul octingentis oppidis, ac tercentum populis subactis, adiunxit. quodq; mirum uideri potest, ipse idem, qui fecerat, gesta sua non minus breuiter, & eleganter, quam uere, & probate scripsit. eius tandem uis multis elata uictoris, repulsarum nescia, acerbis in Cn. Pompeium socerum odijs stimolata (ille enim competitor sanè molestus non ciuilitate cum eo de Consulatu contendebat) male animatum in patriam reddidit. Graues igitur inimicitias persequens in Pharsalia Cn. debellauit, & irrequieto uictoriae cursu Aegypti regem Cleopatram fratrem fugauit, foemina sola in regno relicta. Inde mira celeritate Pharnacem Mitbridatis filium fregit, uictoriam tribus tantum uerbis amicis significans, ueni, uidi, uici. Triplex inde triumphus est subsequutus, mox, quia uno die Scipionem, Afranium, Iubamq; Regem praestantissimos belli duces in Lybia superauit, uno mense triumphis quatuor insignitus, uictor, onansq; patriam reuisit. Quinta demum, ac postrema celebritate summo honorum dolore spectata. nanque in Hispania, maxima Romanorum ciuium, & nobilium strage, Pompeij liberos profligauit. in senatu paulo post Bruti, & Cassij, & eorum, a quibus minime oportebat, conuiratione oppressus, multis uulneribus confectus interijt. Diuinus certe uir, uel caelo ipso praemonente, nisi tot uirtutes uirij aliquibus obscurasset, uel tot uictorias aduersitatibus, uel demum tot eius felicitates morte imminutas audissemus.








FVISSE TRADITVR
IVLIVS CORPORE PROCE-
RO, AC MACILENTO; COLO-
RE CANDIDO, NIGRIS, VEGE-
TIS, MICANTIBVSQVE OCV-
LIS. CALVVS ETIAM, CAPITISQ-
DOLORIBVS SAEPIVS AFFECTVS.
ARMORVM OMNIS GENERIS, NEC
NON EQVITANDI PERITISSIMVS;
IN OB EVNDIS EXPEDITIONIBVS.
MATVRVS, CIRCA CORPORIS
CVRAM MOROSIOR.
REGNAVIT TRIBVS, PERIIT SEX-
TO, ET QVINQVAGESIMO
AE TATIS SVAE ANNO.



C. I. CAESAR.









EX

ARGENTO

AN

C. I. CAESAR.














EX

ARGENTO

AA 11

C. I. CAESAR



EX

AVRO


ANTONIVS ZANTANVS COMES,
ET EQVES BENIGNO
LECTORI.



VM multos uideam uehementi studio antiquitatis teneri, delectariq; copia imprimis numismatum, & memorie ueterum insigni recordatione, honesta sane afficior uoluptate, suadetq; animus, ut uno labore multis in hoc genere, quantum potero, satisfaciam. quamobrem statui ueterum Imperatorum imagines ære, auro, argentoq; impressas, quotquot habere potui, cum ijs omnibus, quæ altera ex parte numismatum insignita sunt, emittere, appposito compendio rerum ab illis gestarum. Cumq; primo uolumini modum dederim, continet autem id duodecim primos Imperatores, non potui me tenere, quin id harum rerum studiosis quamprimum peruulgarem. Admitte igitur lector humanissime, & boni consulas, hanc bonæ uoluntatis meæ significationem, & quo studiosius in ueterum imagines intueberis, eo ardentius ad bonorum imitationem te conformabis, præclara uiuendi præcepta sumito. Paruus enim legendi & uiuendi labor est, utilitas admirabilis, fructus amplus, & copiosus. Vires enim uirtutis quàm magna sunt, legendo concipimus. infelices uitiosorum exitus, felicesq; bonorum prouentus inspicimus. quantum prodest optima consuetudo, quantum obest pessima, cernitur, mutabilitas uoluntatum humanarum dignoscitur, & prouidentia Dei in retributione manifesta redditur, lege igitur, lectaq; diu animi uoluta, fuge turpia, & sequere honesta.



POTERAM, quod nonnulli etiam facere solent, operam meam præstare in interpretanda, & explicanda earum rerum uarietate, quæ ex aduerso numismatum uidentur, sed cum magna ex parte tum difficilem, tum uanum eum laborem existimarem, curam illam studio, & uoluptati cuiusque relinquere decreui, concitata enim multorum uoluntas iudicio, & intelligentia rerum coniuncta effecturam aliquando sperabam, ut ueræ obscurarum rerum declarationes inuenirentur. multos quoque animaduvertebam ego aptiores uel præprios ad diuinandam potius, quam confirmandam ueritatem. Accessit ad hæc errandi periculum, in his, quæ uetustatis obscuritate inuoluuntur, fructusq; uel modicus, uel incertus. Damna quoque temporis magna sunt, nec metalla, nec marmora ab eius iniuria tuta sunt. Propter hæc igitur satis esse putatis in inuenienda, & proferenda numismatum copia Studium meum collocare, alijs autem relinquere integrum interpretandi iudicium. Placuit etiam æreos nummos ab aureis, & hos ab argenteis separatim ponere, ut certiorum multorum, qui antiquitate delectantur, uoluntatem redderem, nec impendia sufficiunt ueras comparare, & possidere. hanc igitur ob rem, quenque oratum uellem, ut boni consulat iucundum hunc potius, quam curiosum laborem meum, qui cum parte quadam sciendi desiderio, quo omnes natura ducuntur, satisfaciat, quæstiones fugit inanes, & contentiones malas contemnit, nec curat, ut uno exemplo rem ipsam aperiam; an certent alij de asterisco appposito in Casaris nummo; an maternum sit sydus, an Casaris fatum, uel cometes quidam. Apertam igitur (ut ita dicam) huius thesauri collam relinquam. in eam quisque diuitias ingenij, & eruditionis suæ, sudoribus, & laboribus partas, condere poterit.





QUEM AD MODVM non habemus quem Iulio Cæsari rerum gestarum multitudine, & gloria facile præferamus: ita etiam alienæ nondum manifestæ uirtutis acrem aestimatorem, & quasi diuinatorem eum iudicare possumus, uel eo argumento, quòd Octauium nepotem, mox adoptione filium, regni, & nominis heredem sibi elegerit. Is dum ætate, fortuna, opibus, & imperio crescit, maxima quoque uirtutum incrementa faciebat, nulli non gratus, non amabilis, non optatus, & cum nemo esset, qui Octauio minus optasset imperium, nemo quoque fuit, qui maiori tranquillitate imperium possideret, ut uere coniectari licuerit, eius tempore donatorem pacis, uerum orbis regem, clarum iustitiæ sydus oriri debuisse, ut tranquilla, & pacata omnia sub iustissimo, & aequissimo Imperatore inuenirentur. Dicerem de eius nobilitate, si me quicquam aliud, quam uirtutis splendor commonefaceret. uirtutes ergo persequar. Augustus prius ille uocatus est, mox eius causa ceteri Imperatores. par enim erat, ut is nomen alijs relinqueret, qui recte regendi, ac imperandi normam reliquis præscripsisset. Bella detestabatur, uictorios tamen reportabat, ab honorum cupiditate alienus semper triumphabat. errores, & delicta militum potius, quam iniurias uindicabat. sed hæc illi in progressu regni maxime placuere. nam initio suas esse partes uel senatu suadente iudicauit, Cæsaris mortem ulcisci, quare & Marcum Antonium, & fratrem eius, Brutum quoque, & Cassium, necnon Pompeij filium persequutus est. unde terra, mariq; uictoria compos imperij administrationi se dedit, obruncatis multis coniurationum, tanquam hydra capitibus. Octo & uiginti colonias in Italiam duxit, tot muneribus, & priuilegijs indemnitatibusq; concessis, ut se ciuibus Romanis pares iudicarent. Aegyptum in prouincia formam redegit. atque ita imperium auxit, ut Augusti nomen iure meritoq; illi debitum fuerit. Cantabros, Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, & Dalmatas imperio subiecit. extremosq; orbis incolas sibi adiunxit. ab Indis, Scythis, Garamantibus, & Aethiopijs data sunt ei munera, misse legationes. Multa quoque & ipse donabat, plus uirtuti, quam nobilitati concedens. Magnificis ædificijs, si quis alius, urbem ornauit, omniaq; corporis, & animi pulchritudini sua respondere uolebat. inde factum est, ut modo Augustus, interdum Romulus, sæpe patriæ pater, libertatis, et salutis author, et conseruator uocaretur. Quid amplius de optimo principe dicam, cui honores diuini Dijs permittentibus concedebantur? adest enim ubique diuinitas, cumq; se coli ab aliquo sentit, eum quoque in partem sui honoris uocare solet. Ter triumpho decoratus est. Dalmatæ terra uicti, Marcus Antonius nauali prælio superatus, & Alexandria uictoria hos illi dedere. Ter quoque Iani fores clausit. ac mortales monuit, quantum momenti habeat ad innatam uirtutem disciplina, exemplumq; domesticum præstantissimi cuiusdam uiri, qualem fuisse Iulium Cæsarem ostendimus. Vixit annos sex & septuaginta.

THE BOARD OF DIRECTORS OF THE
AMERICAN OVERSEAS BUILDING CORPORATION
HEREBY ANNOUNCES THAT THE
DIVIDEND FOR THE YEAR ENDING
DECEMBER 31, 1954, IS
\$0.10 PER SHARE OF COMMON STOCK
AND WILL BE PAID TO THE
HOLDERS OF RECORD AS OF
MAY 15, 1955. THE DIVIDEND
WILL BE PAID BY CHECK TO THE
HOLDERS OF RECORD AS OF
MAY 15, 1955. THE CHECKS
WILL BE MAILED TO THE
HOLDERS OF RECORD AS OF
MAY 15, 1955.













✿ OCTAVIVS ✿

EXIMIA FVIT FORMA, ET PERVE-
NVSTA; VVLTV TRANQVILLO AC SE-
RENO, OCVLIS CLARIS ATQ; NITEN-
TIBVS. RAROS HABVIT, ET
EXIGVOS DENTES, SVPERCILIA
CONIVNCTA, CAPILLVM SVBFLA-
VV, ET LEVITER INFLEXVM GERE-
BAT, NASVM ET A SVMMO EMINEN-
TIOREM, ET AB IMO DEDVCTIOREM,
COLORIS SVB AQVILI. POTVS, CIBI
Q; PARCISSIMVS, IN CONVICTV FACILIS
ET BENIGNVS, CORPORISQVE VOLVPTA-
TIBVS PLVS SATIS DEDITVS.
REGNAVIT CVM ANTONIO XII;
SOLVS XLIII. ANNIS.






D·OCT·AVGVST·










EX

AERE

BY

















EX

AERE

B11







EX

ARGENTO




EBIT



EX

ARGENTO

B·B·III



EX

ARGENTO

BBV

EX 2210

D·OCT·AVGVST·









EX

ARGENTO

BBVI






D · OCT · AVGVST ·



F · X

ARGENTO



BBVT



EX

ARGENTO

BBVIE




EX

AVRO

BBB

D·OCT·AVGVST·




13

SALVS
GENERIS
HVMANI



EX

AVRO

BBBII



AMPLO FVIT TIBERIVS,
 AC ROBVSTO CORPORE: PECTO
 RE LATO, CAETERIS VERÒ MEM
 BRIS A SVMMO VERTICE AD I
 MOS VSQ; PEDES AEQVALIS,
 ET CONGRVENS: COLORE CAN
 DIDO, CAPILLO PROLI XIORE. AC
 PRAEGRANDIBVS OCVLIS, QVIBVS
 ETIAM VEL NOCTV FACILE CER
 NERET, OBLIQVO INCEDEBAT CA
 PITE, ET VVLTV CONTRACTIO
 RE; IN SERMONE TARDVS, AC NA
 TVRA TACITVS, VIXIT LXXVIII
 IMPERAVIT ANNIS XXIII.



TIBERIVS.



TIBERIVS ob uirtutem, ac peritiam rei militaris cognomento Nero, quod Sabinorum lingua fortem, & robustum significat. Neroni quoque morum similitudine coniunctus fuit, feram immanem, sordidamq; naturam in fine imperij ostendit. O mutabiles hominum uoluntates, o quam difficiles humanitatis progressus, quam timendum, quam sperandum est semper, quam exitus expectandi priusquam certa dentur de rebus iudicia. Modo enim Tiberius amicos colit, adulatorem odit, temperatos mores amplectitur, sed paulo post omni humanitate, & uirtute spoliatur. nunc in Deos pius, in homines beneficus, in omnes liberalis, sed postea pietatis contemptor, officiorum defensor cernitur. iam sponte illi sese donat senatus, mox eius morte magnopere letatur. Imitari potius, o Tiberi, Octauij probitatem, disciplinamq; debueras, quam sic perditum ire. neque tu ab eo longe aberas, cum priuignus, & gener, & demum adoptione illi filius esses. An non ad te iustitia, & sanctitates odor uel à Hierosolymis illius peruenire poterat, qui salutis nostra auctor erat, cuius te uelle sectatorem, & defensorem esse ostenderas? Quomodo propriam uirtutem deseruisti, cuius terminos ingens gloria tibi prescribere poterat. id sane requirebat Claudiorum nobilitatis tue authores. Egregium sanè munus gentibus, ciuibus, urbi, & orbi concessisses, si te frugi conseruasses, considerassesq; quam magni, & quam pacati imperij haeres fuisses relictus. an non sentis te tandiu felicem, beatumq;, quamdiu probus, & uirtute ornatus, tam cito miserum, & infelicem, quam primum improbus es, & nequam? An non uides militiam torpescere, res omnes in peius labi, Parthos Armeniam, Dacos Mysiam, Sarmatas Pannoniam, uicinos Galliam deuastare? Tyrannos scilicet iam persequi religionem? Quid reliquum est, nisi ut ipse eorum facinorum equus index, & uindex, non aliunde supplicium, & poenas, quam à tua dextera, & proprio gladio exposcat?

TIBERIVS CAES.





EX

AFRE

CT

TIBERIVS CAES.





canon
fioni
quero

EX

AERE

CHI













EX

AERE

187










TIBERIVS CAES.



EX

ARGENTO


CCI



EX

AVRO

CCCC




CAIVS STATVRA FVIT EMINENTI, CORPO-
RE ENORMI, PALLIDO COLORE, OCVLIS, ET
TEMPORIBVS CONCAVIS, AMPLA FRONTE, ET
TRVCVLENTA, CAPILLO RARO, AC CIRCAVERTI-
CEM NVLLO, HIRSVTVS CAETERA VVLTV VERO
NATVRA FORMIDABIL, AC TETRO, ATQ; ETIAM
EX INDVSTRIA AD SAEVITIAM COMPOSITO, IN-
DECORA ITEM CRVRVM GRACILITATE, NEC
NON INFIRMA VALETVDINE, NAM ET COMITIA-
LI MORBO VEXABATVR, ET EX SVBITA SAEPI-
VS DEFECTIONE IMMOBILIS IACEBAT. IN SOM-
NIA PRAETEREA MIRIS RERVIM IMAGINIBVS
PAVIDA MAXIME INCITABATVR. VIXIT AN-
NIS XXXIX, IMPERAVIT TRIENNIO, ET MENS X
DIEBVSQ; OCTO.



MULTA sunt exempla rerum occultarum, earumq; quae Deus providentia sua reservavit, inter quae ea sunt admiranda, cur ita fiat, ut ex probis, optimisq; parentibus mali, & improbi liberi nascantur, quemadmodum Germanico legimus contigisse, qui cum vitae integritate, morum probitate, & amabilitate ita praestaret, miraq; esset dignitate corporis insignitus, ut omnes orbis imperium illi perpetuo deberi faterentur, C. tamen Caligulam genuit, deformem, odio dignum, perditum, ac pessimum hominem, usque adeo ut minora praecessoris vitia, quamvis maxima, videri fecerit. Sed excusabant nonnulli & corporis, & animi turpitudinem, dicentes id factum veneficijs, & cantione Caesonia uxoris. sed qui recte perpendant, quam inuste illis irascatur Deus, qui se Deo pares putant, quiq; sibi divinos honores exhiberi volunt, nulla admiratione afficiuntur, cum & damna damnis, & delicta delictis accumulari quandoque vident. Quare cum se Caligula cunctis Dijs aequalem putaret, iusto eius Dei, quem non noverat, vel neglexerat, iudicio in omne vitiorum genus prorupit, & perverso quodam animi sensu, avaritiam, perfidiam, luxuriam, atrocitatem pro virtutibus sectabatur, tres sorores constupravit, nullius sexus, etatis, gradus rationem habuit, quicquid poterat expilabat, quos volebat trucidabat, equites, senatores, amicos, inimicos pari crudelitate infestabat, dolens Romano populo non unam esse cervicem, ut uno ictu facilius, & citius abscindi posset. conquirebatur terram non debiscere, & humanum genus non absorbere: pestilentiam, & inedia m uientes non absumere. Sed quis propterea aut haec non fuisse, aut Deum non curasse dixerit? cum subsequuta, etsi non par delictis, maxima tamen fuerit ultoris Dei in impium Imperatorem vindicta, nam senatus iussione à proprijs custodibus ter et triginta uulneribus sublatu s est, octo et uiginti annos nondum natus, tertio anno regni sui.

C. CAESAR GALIG.












EX

AERE

DI.












C. CAESAR GALIG.



EX

ARGENTO

DDT



EX

AVRO

DDDI





CLAVDIO CVM SVMMA IN ASPECTV AVTO-
RITAS, TVM IN TOTO CORPORE VENERABI-
LIS FORMAE ADFVIT DIGNITAS. NAME T PRO-
LIXO. NEC EXILI ERAT CORPORE, ET OPIMIS
CERVICIBVS. CAETERVM ET INGREDIENTEM
DESTITVEBANT POPLITES MINVS FIRMI, ET
VEL LEVISSIMVS ORIS MOTVS MVLT A IN
EO DEHONESTABANT, CAPITE ETIAM INCE-
DEBAT MAXIMÈ TREMVLO, SOMNI BREVISSI-
MI, LIBIDINIS PROFVSISSIMAE, ALEAE DENIQ-
STVDIOSISSIMVS FVIT. OBIT AETATIS
LXXIII. IMPERII VERÒ ANNO XIII.



CASIO virum ostendit . hanc ut casus sepe, ac fortuna offerre, ita iudicium, & acris aestimatio mortalium captare solet . Expergiscitur etiam plerunque sopita virtus, & quibusdam quasi stimulis acta, cum minus expectatur, apparet, quemadmodum in T. Claudio certo satis exemplo comprobatum est . Is enim initio adolescentiæ uilis admodum, & rerum negligens cum iudicaretur, cumq; non esset, qui ei tuto quicquam committere auderet, quia tamen aliquo sanguinis splendore suffultus erat, utpote Germanici frater, & Tiberij filius, ei multa uirtia, quæ uirtutis quandam speciem habebant, uirtuti dabantur, & præcipue tarditas, & procrastinatio, maturitate, & prudentiæ tribuebatur . Quare à militibus Imperator declaratur, cuius dignitatis splendore tanquam cum Sole experrectus, sensim ac leuiter accenso animo, magnam morum mutationem fecit . unde hæc illi adscripta laudi maximæ fuere, quò diuinitis seueritatem æquitate in iudicando leniret, uitæ necessitatibus provide-ret, ædificijs urbem ornaret, constructo Hostiæ portu celeberrimo, amicos laute in conuiujs susciperet . non caruit tamen uitijs, & magnis quidem, paricidijs imprimis : nam Pompeium, & L. Silanum generos interfecit, quinque & triginta senatores, & tercentum equites de medio sustulit . et eius uxoris Messalinæ pessimo exemplo uirgines, & matronæ quamplurimæ corruptis moribus, & uitæ turpitudine debonestatæ sunt, magna libertorum suorum peccandi licentia . Demum Agrippinæ fratris filiæ nupsit, & ueneno ab ea, quæ filijs imperium parare studebat, una cum priuignis necatus est .

D. CLAVDIVS CAES.





EX

AERE

EX








D · CLAVDIVS CAES ·



EX

AERE




E · II ·



EX

ARGENTO


EEJ



EX

AVRO

EEI-I





STATVRA FVIT
NERO CLAVDIVS MEDIOCRI, CORPORE FOE
DO. ET LENTIGINOSO, VVLTV PVLCHRO MA
GIS QVAM VENVSTO, OCVLIS CAERVLE
IS, ^{ET} HEBETIORIBVS, PRAEPINGVI CER
VICE, VENTRE PROMINENTIORE,
GRACILLIMIS CRVRIBVS, VALETV
DINE PROSPERA, QVAMVIS LVXV
RAE ALIOQVI ESSET IMMODERATIS
SIMAE. POSTQVAM IGITVR ANNOS RE
GNASSET XIII. AETATIS IAM SVAE AGENS
TRIGESIMVM ET SECVNDVM MISERABI
LITER INTERIIT.




DOMITIVS NERO.



DOMITIVS NERO, à quo quisque impius, & sceleratus cognomen sumpsit, cum Caligula patruo magna morum similitudine coniunctus fuit, præterquam primo quinquennio, quod in proverbum abiit, usque adco per id tempus & probus, & temperatus princeps habitus est. sed effrenis postea, & dissolutus in omne uitiorum genus delapsus, paricidys, rapinis, stupris uitam coinquinauit, senatores, amicos, fratrem, genitricem, præceptorem, & seipsum denique interfecit. Efferata uoluptate, à se incensam urbem conflagrare ab alto spectabat. quæ omnia subsecuta sunt magna imperij, & dignitatis detrimenta. Armeniam Parthi, Romanis sub iugo missis, recuperarunt: & Britannia amissa, ac imperium è manibus successorum, Augusti, & Liuiæ abreptum est. Nec fas est mandare scriptis, quæ ipse in se pertulit, nec immanem eius feritatem propalare. Reuocat enim matris honos, reclamatione pudor uirilis, dolet læsa humanitas. quid mirum? nam turbata pax, religionis capita obruncata, Dei cultus neglectus, iura omnia uiolata, odium senatus, amicorum, hominum, Deiq; in ipsum concitauere, ut merito seipsum non amaret, qui omnibus odio esset: quare factum est, ut conuerso in se gladio, magna omnium lætitia, è medio proprijs manibus tolleretur.



NERO CLAVD.




EX

AERE

FI.

NERO CLAVD.



EX

AERE






FID.



EX

AERE




F-III



EX

AERE

EX










EX

ARGENTO

FFI.


NERO CLAVD.



EX

AVRO

EFFE





FVISSE TRADITVR OTHO
ET MODICAE STAVRAE ET INFIRMIS
PEDIBVS, CALVITII DEFORMITATEM
GALERICVLO CAPITI ADAPATATO RI
TE VELABAT. MVNDITIAE VERO PE
NÈ MVLIBRI PLVS SATIS INDVLGÈS
NAM ET FACIEM QVOTIDIE RASI
TARE, AC PANE MADIDO ILLINERE
CONSVÈVIT. VVLTV ETIAM NON
ABSIMILIS TIBERIO PRINCIPI FVIT.
ANNO AETATIS XXXVIII. NEC DVM
PERACTO DIEM OBIIT CVM REGNAS
SÈT .V. SVPRA .LXXX. DIES.











O T H O S Y L V I V S, breuitate imperij vix agnitus Imperator, quarto regni mense seipsum vita priuauit. nobilis tamen fuit, utpote qui ab antiquis Syluis Ferentinis originem duxit. Seuerus item rerum administrator, & iudex, & sententiarum suarum immutabilis executor. Meruit propterea, decernente senatu, in monte Palatino ut sibi insolita honoris significatione statua statueretur, ornataq; oratione à Claudio publice laudaretur, quia aduersus eum conspirantem quendam equitem Romanum deprehenderat, & manifestum fecerat. hic uellem considerari, quàm incertæ uia, quàm dubij sint hominum exitus: nam primis annis nemo fuit Othone rerum profusior, in contumelias magis pronus, Neroni ob similitudinem morum gratior, proprij quoque patris iudicio detestabilior: sed postquam imperij clauum tenere cœpit, nemo Othone munificentior, nemo militibus facilior, nemo concordia studiosus magis habitus est. Regnum certe præcessoris morte obtinuerat, sed Imperator factus omnia ex senatus, uoluntate facere decreuerat. Caterum usque adeo bellum odisse cœpit, ut cum Vitellium in Germania bellum, quod prius inauspicatum gesserat, parare iterum cerneret, & propterea cædes ciuium utrinque maximas imminere, sponte sibi, certoq; animi consilio necem intulerit, se indignum esse clamans, ut eius causa ciuile bellum denuo instrueretur. Multi dolore mortis illius lacrymis confecti, multi quoque seipsum interfecerunt.














OTHO SILVIUS



EX

ARGENTO

1844



EX

AVRO

MCM

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 354

LECTURE 10: QUANTUM MECHANICS

PROFESSOR JOHN HENNING

WEDNESDAY, OCTOBER 10, 2018

10:00 AM - 11:00 AM

PHYSICS 354

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 354

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT


PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT



VITELLIO

VASTA ERAT ET IMMODICA CORPORIS
PROCERITAS, VENTER PROIECTVS, FACIES
EX VIOLENTIA PLERVMQ; RV
BICVNDATA, AD SAEVITIAM VERO A
DEO PROCLIVIS. VT PASCERE SE OC
VLOS DICERET, QVOTIES SE CORAM
QVIS IVGVLARETVR, SIQVIDEM NON
NISI VILISSIMI CVIVSQ; FAMILIARITA
TE VTEBATVR. ANNO VITAE SEPTI
MO ET QVINQVAGESIMO, OCTAVO
IMPETII MENSE IGNOMINIOSISSIME
PERIT.





VITELLIVS.



PERMITTIT saepe Deus ad summum imperij gradum peruenire nonnullos, ut diuina iustitia tanquam ab edito loco longe ab hominibus prospici possit. Vitellius sanguinis splendore illustris, auaritia, crudelitate, & turpitudine uita obscurus, cum doctrina, & eloquentia peruersitatem animi coniunxit, & non impiger Neronis imitator, omnia iura diuina, & humana peruertit.












Amicos cadibus, templa incendijs, urbem uastitate afflixit. & in tantum omni genere uitiorum coinquinatus est, ut non homo nequam, non tyrannus immitis, sed fera bellua, & atrox factus sit. Sed ecce lento gradu diuina procedens ira, deprehensum in urbe, ex Germania redeuntem, quoniam à suis militibus Imperator electus erat, Vespasiani militibus antesignanis tanquam uile mancipium illudendum, & lacerandum tradit, & ut meritis suorum scelerum poenas det, ortusq; sui portentis finem non alienum faciat, multis plagis exanimatus in Tiberim proicitur.





EX AERE

AVL·VITELLIVS









EX

AERE

111











AVL-VITELLIVS



EX

ARGENTO

II-11



EX

AVRO

III·I


MEMORANDUM

TO : THE PRESIDENT

FROM : THE SECRETARY OF DEFENSE

SUBJECT: [Illegible]

[Illegible text follows, appearing to be a memorandum format with fields for TO, FROM, and SUBJECT, and a main body of text that is mostly unreadable due to the quality of the scan.]



VESPASIANVS

STATVRA FVIT QVADRATA, SOLIDIS,
COMPACTISQVÈ MEMBRIS, VVLTV IN-
FLATIORE, VALETVDINE VSVS EST PROS-
PERRIMA, HILARIS FERÈ SEMPER, ET DI-
CACITATIS PLVRIMAE, COMIS ETIAM, AC
BENIGNVS, ET SVPRA QVAM DICI POS-
SIT OMNIBVS ORDINIBVS GRATVS ·
EXTINCTVS EST ANNOS NATVS LXVIII;
SVPRA MENSEM ET DIES VII · IMPERII
SVI ANNO NONO ·








SED ATIS demum fluctibus, ac tempestate iam commutata uisum est Deo, ut reip. nauis tanquam ex alto in portum inueberetur, cum Vespasianum post Othonem Sylium propria uirtute ad summum imperium euectum, concederet. cuius exemplo moneri possumus, quam recte imperare ualeat, qui prius bene parere sciuerit. quid enim rei, quid negotij, quid curæ illi fuit unquam commissum, quin summo studio, & diligentia cuncta perferret? In Germania, & in Anglia cum esset gubernator, ter decies cum hoste confluit, duasq; nationes ferocissimas subiugauit, urbibus uiginti, & Velte insula imperio adiunctis. Africanas inde res administrauit, dux demum in Iudæa fuit, Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantiumq; in prouinciæ formam redexit. Hæc foris, at domi publice, priuatimq; urbem adificijs plurimis, & magnificentissimis auxit, & ornauit, litteratos, & industrios quosque amplectebatur, iura summa æquitate, ordineq; dicebat, beneficijs ciuium animos obligabat, iniuriarum immemor, aduersus obloquentes festiuus, ac perinde peritus medicus afflictæ Reip. uulneribus medebatur. Denique cum Tito filio de Iudæis gloriosissime triumphauit, quamminimum honoris cupidus: uix enim passus est extremo uitæ tempore se patrem patriæ nominari. non iacens, sed erectus, licet debilis, & imbecillus, animam exhalauit, hoc decere Imperatorem asseuerans, & quasi diuinans liberis imperium prænuntiauit.



EX

AERE

K·I·








EX

AERE

KII

D·VESPASIANVS AVG·












EX

AERE

K·III·



D·VESPASIANVS AVG·



EX

AERE





KMM



EX

ARGENTO




KK·I



EX

ARGENTO



XXII



EX

ARGENTO






KK. II.



EX

ARGENTO

KKIII







EX

AVRO

KKK.F




QVANQVAM STATVRA
TITVS ESSET NON ITA PROCERA,
ET VENTRE PAVLO PROMINENTIO-
RE, FORMA TAMEN ERAT EGREGIA
ET PERVENVSTA, ROBVSTVS IN
PRIMIS, ET AD LABORES APTVS,
MEMORIAE SINGVLARIS, NEC NON
MIRAE AD QVASVIS ARTES DOCI-
LITATIS; LATINAE, GRAECAEQVE LIN-
GVAE PERITISSIMVS. EXCESSIT AN-
NO AETATIS XLII. CVM SVpra BI-
ENNIVM, MENSES DVOS REGNAS-
SET. DIESQVE VIGINTI.










QVAEDAM tanquam uitiorum nubecula, antequam Titus imperium assequeretur, longe uisa multos timore affecit, ne urbs iterum in pristinas calamitates, ueluti tempestates incideret. sed omnis metus, perspecta & probata principis morum humanitate, ac uita integritate in laetitiam conuersus est: breuiq̄, factum est, ut humani generis delicia uocaretur. tot enim iustitia, temperantia,

virtutis, & prudentia signa praebuit illustris ille princeps, ut uere Dei munere afflictis rebus concessus iudicari potuerit, quia Dei summi offensionum uindex anno imperij secundo perfidas Hierosolymas inaudito diuina ultionis spectaculo demolitus est. inde triumphum, & lauream summo omnium studio deportauit. cumq̄, honorifice, & praclare multa gessisset, paterna uirtutis comes etiam in morte fuit.



D. TITVS VESP.





EX

AERE

L.I.




D. TITVS VESP.



EX

AERE

L. II.














E Z

AERE

L. III.

D. TITVS VESP.




EX

AERE

LIII

D. TITVS VESP.









EX

ARGENTO

LL·I

D. TITVS VESP.










EX

ARGENTO

LIB.

D. TITVS VESP.



EX

AVRO

LLI



DOMITIANVS

PROCERITATIS FVIT LAVDABILIS,
VLTIV MODESTO, RVBORISQVÈ
PLENO, OCVLIS PRAEGRANDIBVS
VERVM ACIE HEBETIORE, CALVVS
POSTEA, AC VENTRIS OBESITATE,
ET GRACILITATE CRVRVM DEFOR-
MIS, LABORIS OMNIS IMPATIEN-
TISSIMVS. OCCISVS EST AETA-
TIS QVADRAGESIMO QVINTO; IM-
PERII VERO ANNO DECIMO QVINTO.



DOMITIANVS.






VM semper durum admodum est, natura impetus, & rerum appetitus non detegere, tum maxime difficillimum id est, cum quis rerum potitus, quam laxissimas habenas habet, quas uel adducere, uel remittere possit, cum uelit. quare fieri potuit, ut Vespasiani filius Domitianus frugi, & liberalis initio regni fuerit, sed postea, ubi se dominum senserit, virtutes primum uitis permisceret, mox destitutus libidini, & improbitati se penitus daret, cum praesertim impurus, ac crudelis adolescens uisus sit. Imperator igitur iam confirmatus sex, & triginta è nobilioribus sustulit, affines interfecit, Dei cultum sibi uendicauit intolerabili arrogancia. Ceterum & bella gessit, & triumphos deportauit, lauream de Sarmatis solum, sed triumphum de Dacis, et Catis, quamuis in illis expeditionibus multa pertulit aduersa. Domi quoque ornamenta non defuere. nam Capitolium resarciuit, oedum forum, & is iam porticum, serapium quoque, & stadium edificauit. Sed quo plura adificia construebat, eo plures homines destruebat. quare factum est, ut suis delictis paternorum memoriam obliterauerit, ac penitus perosus coniuratione multorum interierit, monumentis, clypeis, imaginibus, decretis, titulis eius senatus iussione ubique locorum sublatis.

Julius garsia






DOMITIANVS IMP.



EX

AERE

M. I.






EX

AERE

M-II




DOMITIANVS IMP.








EX

AERE

ACIII



DOMITIANVS IMP.













EX

AERE

M. V.

DOMITIANVS IMP.









EX

ARGENTO

MM·III


DOMITIANVS IMP.



EX

AVRO

MMML



UNIVERSITY OF TORONTO

Faculty of Arts and Science

Department of Psychology

PSYCHOLOGY 1001

PSYCHOLOGY 1001: INTRODUCTION TO PSYCHOLOGY

Section: 1001-01

Professor: [Name]

Section Leader: [Name]

Section Number: [Number]

Section Time: [Time]

Section Location: [Location]

Section Description: [Description]

Section Prerequisites: [Prerequisites]

Section Co-requisites: [Co-requisites]

Section Notes: [Notes]



SERGIUS GALBA

IUSTAE FUIT PROCERITATIS, CAPITE
CALVO, OCVLIS CAESIIS, ADVNCO NA-
SÓ, MANIBVS, PEDIBVSQVE ARTICVLA-
RI MORBO MIRVM IN MODVM DISTOR-
TIS. CARO EIVS IN DEXTERIORE LA-
TERE ADEO EXCREVERAT, PROPENDE-
BÁTQVE, VT AEGRE FASCIA SVBSTR-
INGERETVR. COITVS ETIAM MVLIE-
BRIS IN PRIMIS NEGLIGENS, AC CIBI
FUIT PLVRIMI. PERIIT TERTIO ET
SEPTVAGESIMO AETATIS ANNO, IMPE-
RII MENSE SEPTIMO.








SERVIUS GALBA nobilitate Sulpitiorum insignis, in re militari præclarus, in administratione ciuili prudens, in Hispania à militibus Imperator declaratus est, seueras militiæ leges tulit frugi princeps initio uisus est, sed postea declarauit, quàm periculosum sit principes alienis omnino inniti consilijs . nam se ita trium libidini totum dedit, ut non unus, sed plures, qui deliberarent, uideretur.

modo enim T. Iunio, sordidissimo homini, modo Cornelio Laconi, insolentissimo scurræ, modo Icello ignobilissimo liberto, sese tradebat, ut nil esset inconstantius, & mutabilius, quàm eius consilia, & decreta . O miseros principes, quibus adsunt huiusmodi consultores : ò afflictos populos, quibus præsunt huiusmodi principes . cum igitur alienos errores proprios sibi fecisset, pœnarum quoque particeps effectus est. eo enim militum plausu, quo imperium assequutus est, in odium conuerso, occiditur in foro, Syluio Othone suadente. amputatum, & uenditum caput, successori imperium, & necem reliquit .



SERG. GALBA







EX

AERE

G.L.

SERG. GALBA






EX

AERE

G-II

SERG. GALBA













EX

ARGENTO

GG. I.

SERG. GALBA



EX

AVRO

GGO

NVMISMATVM OMNIVM IN HAC SECVN-
DA AEDITIONE ADDITORVM

I N D E X.

IN CAESARE.

In *ære*. 3. 4. 5. 6. In *argento*. 16. 17.
18. 19.

IN AVGVSTO.

In *ære*. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.
50. 51. In *argento*. 85. 86. 87. 88. 89. 90.
91. 92. 93. In *auro*. 12. 13.

IN TIBERIO.

In *ære*. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33.
34.

IN CAIO CALIG.

In *ære*. 7. 9. 10. 11. 12. In *argento*. 3.

IN CLAVDIO.

In *ære*. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.
22. 23. In *auro*. 10.

IN NERONE.

In *ære*. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. In *ar-*
gento. 10.

IN VITELLIO.

In *ære* 10. 12. 13. 14. 15.

IN VESPASIANO.

In *ære*. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. In *ar-*
gento. 46. 47.

IN TITO VESP.

In *ære*. 33. 34. 35. 36. 37. In *argento*. 19.

IN DOMITIANO.

In *ære*. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. In *ar-*
gento. 25. 26.

LECTORI ADVERTENDA.

Lector modestissime, nonnulla quæ erent
de lapsu, & corruptione numismaturæ
in nostri prima libri editione difficile
discerni potuerunt, alijs postmodum
inuentis melius ab iniuria temporum
conseruatis correximus, cuius rei te
admonere opere precium fore existima-
mus.

IN CAESARE.

In *ære*. 1. triumphantis statuæ in fini-
stra laurus qui in hac secunda editione
deerat. additus est. In *argento*. 3. lo-
co. M. A. correximus M. A. C. E. R. In. 7. lo-
co. II. sempronius; correximus T. I.
Sempronius. In. 17. & in *auro*. 2. in-
strumentum habet quod calamus esse
uidetur. Sed fasces esse debent.

IN AVGVSTO.

In *ære*. 1. loco M. M. Aellius Iulius, cor-
reximus M. Mæcilius Tullus. 4. In loco
Iuno Lucina; lege Iunō Cilla. In. 11. loco
Impe. D. correximus Imp. T. In. 32. loco
parens, correximus Patrens. In *ar-*
gento. 4. loco A. T. Q. T. R. A. correximus
A. T. Q. T. R. A. In. 28. loco C. L. Cæ-
saris, correximus C. L. Cæsares.
In. 35. loco August. f. correximus
Augusti. f. In. 36. loco August. di.
correximus August. Diui. In. 43. lo-
co Imp. X. correximus Imp. XII. In
44. loco Imp. I. X. tr. cotu, correxi-
mus Imp. I. X. tr. pot. v. In. 52. in fasti-
gio ædificij deerat Imp. Cæsar, nunc

addidimus In. 62. loco ciuib. et sen. cor-
reximus Ciuib. et sign. à Parthis resti-
tutis, In. 72 loco Sicij, correximus
sical. In auro. 6. loco. C. L. Cæsaris, cor-
reximus. C. L. Cæsares.

IN TIBERIO.

In ære numero. 6. loco II. uir legen-
dum puto. III. uir. 10. loco AIN-
TIOXEON M, correximus, AN-
TIOXEONEM. In. 16. loco Rome-
tang. sic diximus, Rom. et Aug. In. 24.
loco potest, adiunximus potest. XXII.
In argēto. 2. triūphantis sceptro Aquī-
la deerat, addita nunc est.

In ¹¹⁷²²²² CLAVDIO.

In ære. 1. & 26. loco Cong. II. DAT.
correximus Cong. II. DAT. in ar-
gento. 8. loco Augusta, adiunximus, &
Augustus. In. 6. loco. correximus.
In auro. 4. loco prubio, adnotauimus
pace. P. R. ubiq.

IN GALBA.

In ære. 19. salutis simulacrum instar ca-
pillorum, aliquid in dextera tenebat,
loco serpentis positum.

IN VITEELLIO.

In ære. 4. in cōcordiæ simulacro deerat

uirga breuis in manu. In. 11. loco
Honos te uirtus, legendum Honos et
uirtus.

IN VESPASIANO.

In ære. 22. loco uasculi in simulachro
spei, in dextera florē posuimus. In
40. loco ΚΟΙΜΟΝΚΙΡΡΙ, cor-
reximus ΚΟΙΝΟΝΚΙΡΡΙΩΝ. In
argēto. 2. loco Pacop. b. emendauimus
Paci orb. par. Aug. ΕΡΕ. III. 44.
in sceptro triumphātis scias Aquilam
deesse.

IN TITO VESP.

In ære. 16. loco uasculi in simulachro
spei, in dextera florē posuimus. In. 22.
intelligas loco Victoriæ imaguncule
in Palladis dextera no. suam deesse, li-
teras uero Cong. pr. ter. imp. correximus
Cong. ter. P. R. imp. in. 13. trium-
phantis statuæ deest sceptrum.

IN DOMITIANO.

In ære. 2. et. 8. loco Lud. sec. te, correximus
Lud. sec. f. in. 48. loco Vins, ad-
notauimus VI. CENS. in argēto. 13.
salutis simulacrum, emendauimus uti
in Galba declaratum est. 25. loco COS.
II. intellige COS. VII.

Hoc porrò opus in tribus partibus pro quolibet imperatore est diuisum, uidelicet ære, argento, et auro, Vnumquodque autem numisma suum habet numerum, ut quærentibus ex indice inueni facilius esse possit.



CTII Apollinis
citharædi simula=
chrom, in ære Ne=
ron. numero 42.

Actius Apollo ci=
tharædus. in ar=
gëto Augusti. 43. 37. in auro. 10. Ne=
ron. in ære. 42.

Adlocutio cohortium. in ære Caligule.
1. Neron. 5. Galbæ. 8.

Aduentus naualis Neronis, in ære Ne=
ron. 20.

Aedificiũ cum seiuga & Trophæis, in
ære Domit. 28.

Aedificium cum quadriga, & duobus
Parthis, cum inscriptione, ciuibus &
signis à Parthis restitutis, in argen.
Augusti. 62.

Aedicula, siue Iani sacellum, pace in or=
be parsa clausum, in ære Neron. 17.

Aegypti nota. in argen. August. 41.

Aequitatis Deæ simulachrum, in ære
Galbæ. 9. Vitellij. 6. Vesp. 21. 33. eiusdẽ
in argento. 19.

Aeris, argenti, auri, flati, seriũdi, triũ=
uir, in ære Aug. 1. 7. 44. 45. 46. 51.

Aesculapij simulachrum, in ære Vitel=
lij. 13.

Aeternitatis Augustæ templum, in ære
Aug. sli. 16.

Aeternitatis Augustæ simulachrum, in
ære Titi. 17.

Aeternitatis typus, Mercurij, id est
Solis simulacrũ quadratum, in argen=
to. Aug. 45.

Agrippinæ Augustæ, uidelicet uxoris
Claudij effigies, in argen. Claudij. 2. In
similitudine, Cereris in auro. 4.

Agrippinæ M. filie Germanici Cæs. u=
xoris effigies, in ære Claud. 15. pars
aduersa. 18.

Agrippinæ matris .C. Cæsaris Calig.
effigies, in arg. Calig. 3.

Agrippinæ, Iulie, & Drusillæ in for=
mas deitatum simulachra, in ære Ca=
lig. 3. auro. 11.

Amphitheatrum, quod est spectaculo=
rum locus ubi pugnabant gladiatores,
in ære Vesp. 30.

Anchoræ delphinus inuolutus, typus
prudentiæ, in argento Aug. 85. Titi. 8.

Domit. 4. in auro eiusdem. 3.

Ancilla, quæ sunt arma cœlestia Marti
consecrata, cum pileolo Martialis fla=
minis, in argen. Aug. 9.

Acroteria, siue acrostolia Neptuni Re=
ducis signa, in argento Vesp. 28.

Annius Iamnia Silius triumphans mone=
talis, cũ manibus iunctis et caduceo, in
ære Augusti. 42. pars aduersa. 45.

Ammon Augusti Ceres, in ære Nero.
11. Vesp. arg. 9. Titi. ære. 24. Domit.
27. 21.

Antiochenfis numus, lege Antiochean
neos, in arg. Aug. 6. Tiberij. ære. 10.

Antonia Augustæ, Claudij matris effi=
gies, in ære Claudij. 13. pars aduer=
sa. 16.

- Antonij, & Cleopatrx ex Actiaca clade spolia, in argen. Augusti. 30.
- Antonius Augur. XII. Imperator, cum leonis figura, in argen. Augusti. 3.
- Antonij Imperatoris effigies cū lituo, in argen. Cæs. 11. auro Augusti. 2.
- Antonius Imperator inscriptio, cum ca duceo, in argen. Augusti. 11.
- Aphricæ, siue Libyæ effigies, in ære Nerone. 3.
- Apollinis Actij simulachrum, in ære Nerone. 42. argen. Augusti. 43. 87. auro eiusdem. 10.
- Apollinis citharedi sedētis simulachrū, cum inscriptione Cæsar Diui filius, in argen. August. 31.
- Apollinis Laureati effigies cum citharra, in ære, Tiberij. 14.
- Apollinis simulachrum, cum Græca inscriptione, in ære Domit. 47.
- Aquila orbi imposita, in ære Aug. 19.
- Aquila eadem, numus restitutus à Tito Augusto, in ære Aug. 11. 29. 35. idem Titi ære. 28.
- Aquila, cōsecrationis Augusti. typus, in ære Aug. 11. 19. 27. 29. 35. Vesp. in argen. 11. 18. 43. Titi in ære. 28. Domit. 52.
- Aquila fulgore armata, in ære August. 27. Domit. 52. Vesp. in argen. 11. 18. Nerone. 6.
- Aquila eadem, numus à Tito restitutus, in ære Augusti. 27.
- Aquila legionum præcipuum signum, in ære Calig. 1. Claud. in auro. 5. Nerone. in ære. 5. Galbæ. 2. 8. 10. Vesp. 23. 35. eiusdem in argen. 4. 33. Titi. 6. Domit. 37. argen. eiusdem. 12.
- Aquila, sceptrum Romanorum magistratū, in argen. Cæs. 7. Aug. 22. 24. 26. 48. 49. 51. 54. 82. in auro eiusdem. 9. 12. in argen. Tib. 2. Claud. auro. 7. Galbæ ære. 14. Vitellij in argen. 4.
- Aquiminarius, quo in sacris utebātur, in argen. Augusti. 21.
- Ara diui Augusti, cum inscriptione Augustus in argen. August. 56.
- Ara cum igneis flammis, in fulis, & inscriptione, princeps iuuentutis, in argen. Domit. 8.
- Ara Fortunæ Reducis cum inscriptione S. P. Q. R. in argen. Augusti. 19.
- Ara his literis inscripta, imp. Cæs. Aug. Lud. Sæc. in auro August. 4. Adherse partis literæ, Cæsar Augustus tr. pot.
- Ara cū inscriptione Imp. Cæs. Aug. comm. conf. in argento Augusti. 7.
- Ara pacis cum corona ciuica, in ære Tiberij. 4.
